LUCIANI DIALOGI aliquot, per D. Erasmum versi, ac a Nicolao Buscoducen. succinctis pariter & eruditis Scholiis explanati, recens per eundem diligenter recogniti.

Hadriani Barlandi per sona Luciani distichon.

Graecia me genuit, nuper facundus Erasmus
Transtulit in latium, munere plaude puer.

Livini Linij Endecasyllabum.

Ad puerum emptorem.

Quid queris puer? Et iocum salesque?
Hoc paruo dabit ere Lucianus.
Quid sanas? Latinos petis lepores?
Hos paruo dabit ere Lucianus.

Cornelij Graphei, ad Scholasticos tyrunculos Iamb. dimet.

Vis optimi tyrunculi,
Multis iocis iocundulis,
Et lusibus saturier?
Huic Luciano assuescite
Ipse iocos ipse et trochos
Ipse et iocos Lusus habet.



MICHAEL HILLENI- VS CANDIDO LE- CTORI S.



MNES meos conatus / om-
nia denicꝫ studia ex eo tempo-
chalcographicã instituerim o-
cinam huc destinaui candidi-
ctor / vt optimos quosqꝫ libr-
emendatissime excuderem / non so-
lum vt meis priuatim commodi-
verum etiam vt publice vtilitati consulerem / pr-
sertim studiose pubis commoditati. nam quãta-
caligenes / quantasqꝫ nebulas legentibus obiicia-
quoduis opus aut inscitia aut typographorum in-
curia deprauatum. nemo ignorat. nisi si qui pror-
sus omnium literarum rudis est / atqꝫ ignarus.
Proinde breuiores aliquot Luciani Dialog. a D.
Erasmo latinitate donatos / scholijsqꝫ perꝙ erudi-
tis M. Nicholai Buscoducensis viri non medi-
ocris eruditionis illustratos / ac edentidem a me
impressos / postliminio (vt ita dixerim) ad nostram
incudem reuocaui / qui tametsi a nobis ꝙ castiga-
tissime in publicum prodierant / tamen cupiens in-
seruire teneriori adhuc puerorum etatule. opere
precium fore existimaui eosdem denuo a M. Ni-
colao recognitos iusto singularum linearũ
interuallo de nouo excudere / quo nimi-
rum pusilli adhuc Musarum alum-
ni suorũ pceptorũ interpretatiões
facili⁹ notare valeãt / Quare nrã
opellã syncere lector ꝑ tuo can
dore boni cõsulas velī / Va-
le ex officiana nra. xv.
Calẽdas Junias.

55,94

CNEMONIS AC DAMIPPI Dialogus.

CNE.

HOc illud est quod vulgo dici consueuit: hinnulus leonem. DA. Quid isthuc est quod tecum stomachare Cnemon? CNE. Quid stomocher rogas? Equidem hęredē reliqui quendam preter animi sententiā, videlicet astudelus⁹ miser, ijs quos maxime mea cupiebam habere præteritis. DA. Sed isthuc quinam euenit? CNE. Hermelaum nobilem illum diuitē, qui orbus esset, imminente morte captabā, assidens atq; inseruiens. Neq; ille grauatim officium meū admittebat. At interim illud quoq; mihi visum est scitum consultumq;, vt testamentum proferrem ac publicarem, quo illum rerum mearū in solidum heredem instituerem, nimirum vt ille vicissim idē faceret, meo prouocatus exemplo. DAMIPPI. At quid tandem ille? CNEMONIS. Quid ille suo in

teſtamento ſcripſerit,id quidem ignoro
Cæterum ego repente atq; inſpaco eſt vi
ta deceſſi, tecti ruina oppreſſus. Et nũc
Hermolaus mea poſſidet lupi cuiuſpiã
in morem ipſo hamo cum eſca pariter a
uulſo. DA. Imo non eſcam modo cum
hamo,qui etiam te quoq; piſcatorem ſi-
mul abſtulit,itaq; technam iſtam in tuũ
ipſius caput ſtruxeras. CNE, Sic ap-
paret,idq; adeo deploro.

Hinnulꝰ leonem. Hinnulus leonem/ſubaudi cepit/vicit/prouo-
cat/ aut ſimile aliquid. Hoc adagio pulchre vti-
mur/quum fortiorem ſuperari a debiliori/aut in-
doctum certare cum doctiſſimo ſignificare volu-
erimus/vt in prouer. Chiliade .i. docet. D. Eraſ-
mus / Grece Latineq; iuxta doctiſſ. Eſt autem
hinnulus teſte Valla ceruorum/ capreolorum/da-
marum/leporum ſimiliumq; animalium filius.
Rogas/id eſt/interrogas/nam rogare pro inter-
rogare vſitatum eſt. Inde rogatio/⁊ rogatiun-
Preter cula/interrogatiuncula. Preter animi ſententiã
id eſt/contra voluntatem ⁊ deſiderium/nam pre-
ter interdũ p cõtra capit/⁊ ſẽtẽtia volũtatẽ/ai-
q; arbitriũ aliquãdo ſignificat/⁊ idẽ eſt/ex animi
ſententia. ⁊ ex ſententia/ſine genitiuo animi. A-
ſtu/id eſt/aſtutia ⁊ calliditate. Terẽtius in Eunu-
cho/Quod ſi aſtu rem tractauit. Inſeruiẽs/id eſt
obſequens ⁊ quaſi ſeruientis officium preſtans.
Nam ſeruire proprie eſt ſeruorum/inſeruire ami-
corum. Scitum/id eſt/ vafrum ⁊ egregie bellum/
Conſultumq; / id eſt/ſapientie plenum/Inſolidũ/
integre

integre, & omnium bonorum meorum heredem. Hamus instrumentum quo pisces capiuntur vnco in esca latente a quo piscatores hamiote nominantur. Itaq; technam istam. &c. Adagium est quo vtendum erit cũ dolus in alterum excogitatus in caput auctoris redit. Et techna dicitur a nostris ars seu fallacia. Teren. Parme nonis tã scio esse hanc technam ꝙ me viuere. In tuum caput .i. in exitium & tuam ipsius perniciem repperisti. Hamus Techna

Zenophante & Callidemidæ Dialogus

ZENOPHANTE.

AT tu Callidemides, quo pacto interisti? Nam ipse quemadmodum Diuiæ parasitus quum essem immodica ingurgitatiõe præfocatus fuerĩ nosti: aderas enim morienti. CALI. Aderã Zenophan. Porro mihi nouũ qd atq; inopinatum accidit, Nam tibi quoq; notus ẽ Pteodor⁹ ille senex. ZENO. Orbum illũ dicis, ac diuitem, apud quẽ te assidue versari conspiciebã? CALLI Illum ipsum semper captabam, colebãq;, id mihi pollicens fore, vt meo bono q̃primum moreret. Verum quũ ea res ĩ longum proferretur, cene videlicet vel vltra tithonios annos viuente, compen diariam,

diariam quandam excogitatiui viam, qua ad heræditatem peruenirem. Siqui dem empto veneno, pocillatori persua=seram, vt simulatq; Preodorus potũ pos ceret, bibebat ãt prolixius, præsentius in calicem inijceret, haberetq; ĩ promp tu, porrecturus illi. Quod si fecisset, iu=reiurando confirmabam, me illum ma=numissurum. ZENO. Quid igitur ac=cidit? nam inopinatum quiddam narra turus mihi videris. CAL. Vbi iam loti venissemus, puer duobus paratis pocu=lis, altero Pteodoro cui venenum erat additum, altero mihi, nescio quo modo errans, mihi venenũ Pteodoro porrex=rit innoxium. Mox ille quidem bibit, at ego protinus humi porrectim stratus sũ suppolitiũm videlicet illius loco funus. Quid hoc? Rides Zenophantæ? Atqui non conuenit amici malis illudere. ZE. Rideo profecto, nam eleganter ac lepi=de tibi hæc res euenit. Porro senex ille quod interim? CAL. Primum ad casũ subitum atq; inexpectatum sane contur

batus

batus est. Deīde simul atq; intellexit id quod acciderat. puta pocillatoris errore factum risit & ipse. ZENO. Recte sane. Tametsi non oportuit ad compendium illud diuertere, siquidem venisset tibi populari vulgataq; via tutius certiusq;, etiam si paulo serius.

¶ At inceptiua est particula ad ornatum pertinens Naso in tristitia exorsus est epistolam. At mea sin. ꝓprio quis mestissima casu Pectora ꝑ sensu facta serena tuo. Parasitus dr̄ q̄ alioꝝ mensas sequit homo cibo vētriq; deditus cuius grā nihil nō patit & facit. Orbus dr̄ quicūq; re aliqua cara priuatus ē & ꝓprie parens amissis liberis / filius etiam ꝑuatus parentibus orbus dr̄ Captabam ipm .i. blandicijs eius hereditatem venabar & appetebam. Tithonꝰ laomedontis filius & Priami frater ab aurora dilectus & raptus fuit / ex q̄ filiū Mennonē genuit cūq; longissimam optasset vitam & obtinuisset / postea in cicadam versus est. Inde thitonios annos ꝑ lōgo viuacitate pulchre vsurpamus. Compendiariam viam / id est / breuem & expeditam. Cicero in secundo officio. Socrates hanc viam ad gloriam proximam / & quasi compēdiariam esse dicebat. Compendium breuitas / seu breuis via. Pocillator vocabula perq̄ eleganti dicitur poculorū ministrator siue pincerna. Presens venenū / potens / efficax / qd̄ stati opatur. In prōptu. Prōptu tm̄ in ablatiuo legitur. Habere in promptu / est habere paratū / sed prōptus a um idē est qd̄ ad agēdū paratꝰ. Manumittere ē seruo libertatē donaf domi

At.
Parasitus.
Orbus
Tithonus.
Compendiarius
Pocillator.
Prompt
Manumittere

dominus eius dum seruum manumitteret/capiti eius manum imponebat/ipsumq; vertebat dicens Esto liber. Persius/ Heu steriles veri quib⁹ vna quiritem vertigo facit. Porrectum aduerbium outstreched.

Nenippi & Tantali Dialogus,

MENIPPVS,



Vid eiulas O Tãtale, aut quid tuam deploras fortunam, stangno imminens? TANTA. Quoniam siti enecor Menippe. ME. Vsq; adeo piger es atq; iners, vti non vl pronus incumbens bibere noris, vel caua volá hauriens? TANTA. Nihil profecero si procumbam. Refugit enim aqua simulatq; me propius admoueri senserit. Quod si quando hausero, oriq; coner applicare, prius effluxit quám summa rigem labia. Atq; inter digitos effluens aq̃ haud scio quomodo rursus manum meam aridã relinquit. MENIP Prodigiosum quiddã de te narras Tantale. Verum dic mihi, isthuc ipsum quorsum opus est bibere: quum corpore care

as.

as? Nã illud quod esurire poterat, aut sitire, in Lydia sepultum est. Cæterum tu quum sis animus, quinã posthac aut sitire queas, aut bibere TANTA. Atqui hoc ipsum supplicij genus est, vt anima pinde quasi corpus sit ita sitiat. MENIPPVS. Age hoc ita habere credimus quandoquidem affirmas te siti puniri. At quid hinc acerbi tibi poterit accidere? Num metuis ne potus inopia moriare? At equidem haud video alteros in feros, si qs hos reliquat neq; locum alium in quem morte demigret quispiam. TANTA, Recte tu quidẽ dicis. verum hoc ipsum supplicij genus est, sitire quum nihil sit opus, ME. Desipis Tantale, & vti verum tibi fatear, non alio potu videris egere, q̃ veratro mero. Nam diuersum quiddam pateris, ijs quos canes rabiosi momorderint, vt qui non aquam, quemadmodum illi, sed sitim horreas. TAN. Ne veratrum quidẽ recusarim bibere Menippe, si liciat modo. ME. Bono est animo.

mo Tantale, certum habens, nonquam fore, vt vel tu, vel reliquorum manium quispiam bibat, Neq; enim fieri potest. Quamquam non omnibus quemadmodum tibi pæna adiudicata est vt sitiant, aqua illos non expectante.

Tãtalus — Tantalus Iouis ex Plote nympha filius/ & rex Phrygum fuit/ qui diis Pelopen filiũ epulãdũ apposuit / ob quod facinus in infernũ a Ioue detrusus hac pena afficitur / vt cũ sit vsq; ad mentum in limpidissima aqua demersus/ & supra nasũ arbor redolentibus pomis dependeat siti tamen & fame crucietur. Ouidius in ibin/ Poma pater Pelopis presentia querit. Et idẽ/ Semper eget liquidis/ semper abundat aquis. Pronus flexus in faciem. Vola media pars manus vel pedis concaua. Simulatq; vel simulat/ id est/ statim/ tũ/ postq̃. Lydia regio est minoris Asie/ phrygie ab exortu vicina. Veratrum herba est que alio nomine dicitur elleborũ/ eiusq; genera sunt duo/ album & nigrum/ & Plinio teste vtrunq; cũ ad alia multa/ tum ad melancholiam remediũ est efficax. vnde prouerbio qui parum animo constat/ siue insanit/ elleboro opus habere dicitur/ & elleborum bibere siue elleboro se purgare iubetur. Diuersum quiddam &c. de hoc Pli. ca. ij. lib. xxv. Insanabilis ad hosce annos fuit rabidi canis morsus pauorem aque potusq; omnis afferens odium/ Manes dicuntur anime mortuorum & dij inferi.

(Margin notes: Pronus; Vola; Lydia.; Veratrũ; Diuersũ; Manus.)

Menippi ac Mercurij Dialogus. ME.

At vbi



T vbinam formosi illi sunt ac formosæ Mercuri? Ducito me docetoq;, vtpote recens huc profectum hospitem. MER. Haud mihi licet per ocium Menippe, quin tu isthuc ipso é loco dextrorsum oculos deflecte. Illic & Hiacynthus est & Narcissus ille, & Nireus, & Achilles, & TYro, & Helena, & Læda breuiter quicquid est veterū formarum, MENIPPE. Equidem preter ossa nihil video caluariasq; carnib⁹ denudatas, inter quæ omnia nihil fit omnino discriminis, MERCVRI. Atqui hæc sunt quæ poetæ cuncti mirantur ac celebrant, ossa scilicet quæ tu videris contemnere. MENIPPE At Helenam saltem mihi commonstra. Nā ipse quidem haud queam dignoscere. MERCVRIVS. Hæc videlicet caluaria Helena est. ME. Et huius scilicet ossis gratia, mille naues ex uniuersa

Grecia

Græcia, acto delectu, ſunt impletæ. tantaq; tum Grecorũ, tum barbarorũ multitudo conflixit, tot vrbes ſunt euerſæ. MERCVRIVS. Cæterum Nenippe non vidiſti mulierem hanc viuam. qđ ſi feciſſes, forſan diceres tu quoq; vitio dandum non eſſe pro tali muliere diu tolerare labores. Alioqui ſi quis flores etiam arefactos marcidoſq; contempletur poſtea quam coloris decus abiecerint, deformes nimirum videantur. at ijdem donec florent, coloremq; obtinent, ſunt ſpecioſiſſimi. MENIP. Proinde illud iam demiror Mercuri, ſi Græci non intellexerunt, ſeſe pro re vſq; adeo momentanea. quæque tam facile emarceſceret, elaborare. MERCVRIVS. Haud mihi vacat tecum philoſophari, quare delecto loco, vbi cunq; velis proſterne temet ac recumbe. Mihi iam alie ſunt traducendæ vnbræ.

Recens. Recens/id eſt/recenter. nomen pro aduerbio. Vergilius/Sole recens orto. Hiachintus puer fuit formoſiſſimus ab Apolline adamatus/quẽ cũ

ille imprudens disco necasset, in florem rubrū vertit, qui etiam vocatur hiacintus. Narcissus Cephisi fluminis ex Lyriope nympha filius fuit admodum formosus, qui cū a multis nymphis amaretur & omnes superbe contemneret, tandem cum se in fonte conspicatus esset, sua ipsius forma captus contabuit, & in florem purpureum mutatus est. Achilles Pelei & Tethides nymphe filius robore & forma preter ceteros grecos insignis. Tyro formosissima fuit nympha Salmonee filia ab Enipeo Thessalie fluuio adamata, & a neptuno compressa peperit Peliam & Neleum teste Homero .xi. Odyssee, & Luciano in dialog. deorū. Leda fuit Tyndari regis coniunx, cū q̄ iuppiter in forma cygni concubuit, & illa duo oua protulit, ex quorum vna nati sunt Pollux & Helena ex altero Castor & Clytennestra. Caluaria caput mortui carne nudatum. Deligere est magis idoneū ad rem agendam secernere, sed eligere refertur vel ad nostrum cōmodum, vel illius qui eligitur dignitatem, & dicimus ago delectum, & habeo delectum, & habeo dilectū. Alioqui sine n litera scribendum esse precepit Caper grammaticus diligētissimus, & significat interdum aliter, interdum preterea.

Narcissus. Achilles. Tyro. Leda. Caluaria Deligere. Alioqui

Menippi, Amphiloci trophoni disceptatio. MENIPPI.

VOs nimirum Trophonie atque Amphiloche quum sitis mortui tamē haud scio, quo nam modo phanis estis donati, vatesq; credimini, ac stulti

mor

mortales deos esse vos arbitrantur.

TRO. Quid? an nobis igitur imputādum si per inscitiam illi de mortuis huiusmodi opinantur? MENIPPVS. Atqui non ista fuissent opinati, ni vos, tum quum vixeritis, eiusmodi quædam portenta ostentassetis, tanquam futurorum fuissetis præscij, quasiq; prædicere potuissetis, si qui per contarentur.

TRO. Menippe nouerit Amphilochus hic, ipsi prose se respondendum esse. Cæterum ego heros sũ, vaticinorq; si quis ad me descenderit, At tu videre nunquā omnino Lebadiam adijsse neq; enim aliqui ista non crederes. ME. Quid ais? Æquidem nisi Lebadiam fuissem profectus, ac linteis amictus offam rediculę manu gestans, per angustum aditum in specum irrepissem, nequaquam fieri potuisset, vt te defunctum esse recognoscerem perinde atq; nos, solaq; prestigiatura reliquos antecellere. Sed age per ipsam diuinandi artē quid tandem est heros? neq; enim intelligo. TRO. Est

quid

quiddam partim ex homine, partim ex deo compositũ. ME. Nempe, quod neque sit homo (quẽadmodum audio) neq; deus verũ pariter vtrũq;. Ergo dimia illa tui ac diuina pars quo nũc recessit? TRO. Reddit oracula Menippe in Bæotia. ME. Haud intelligo quid dicas Trophonie nisi ꝙ illud plane video, te totum esse mortuum.

Phanum templum dicitur siue a Fauno qui teste Probo primus conditor fuit/ siue a fando/ quando pōtifex max. templũ dedicat certa verba fatur. Lebadia opidũ est antiquũ in terra Beotia teste Gellio li. xii. cap. v. Fuit aũt in Lebadia antrum trophonium ita ab artifice cognominatũ ꝙ complures oraculi causa subire consueuerunt sacra stola amicti/ placẽtasq; quas lemuribus ⁊ serpentibus occurrentibus obijcerent/ gestantes/ prouerbialiter de homine vehementer tristi dicitur In trophonij antro vaticinat⁹ est/ quia olim creditum est eũ qui in trophonij specũ descendisset/ postea nunꝙ ridere/ vt eleganter D. Erasmus litteratorum phenix in Chiliade prima docet. Offa appellatur omnis res/ que in tumorem crescit/ vnde frusta carnis offas. vocamus/ Festus Pompo offam porcinam cũ cauda offam penitam dicebat Prestigiatura ars decipiendi ⁊ eludendi oculos per incantationem ⁊ agilitatem celeritate aut alio quouis modo. Oraculum responsum. Beotia regio est Europe iuxta Atticam in ea Thebe ciuitas fuit non cedens Athenijs claritate.

Phanũ Lebadia Trophonium antrum

Offa

Prestigiatura Beotia

CHA

CHARON,

REdde naulum sceleste, ME. Vociferare si quidem isthuc tibi voluptati est Charō. CHA Redde inquam quod protraiectione debes. ME. Haud quaquã auferre queas ab eo qui nō habeat. CHA. An est quisquam qui ne obulum quidem habeat? ME. Sit ne alius quispiam præterea equidem ignoro. Ipse certe non habeo. CHA. Atqui prefocabo te per di tem impurissime, ni reddas. ME. At ego illiso baculo tibi comminuam caput CHA. Num ego te tam lōgo traiectu gratis transuexero, ME. Mercurius meo nomine tibi reddat, vt qui me tibi tradiderit. MER. Belle mecum agatur per Iouem, si quidem futurum est vt etiam defunctorum nomine persoluam. CHA. Haud omittam te. MERCV. Quin tu igitur hac gratia perge vt facis, nauim trahere: quamquam quod nō

habeo

habeo quinam auferas? CHA. At tu ne ſciebas quid tibi fuerit ad portandũ? ME. Sciebam quidem, verũ non erat. Quid igitur? nũ ea gratia erat mihi ſẽper in vita manendum? CHA. Solus ergo gloriaberis te gratis fuiſſe tranſuectum? ME. Haud gratis, o præclare, ſi quidem & ſentinam exhauſi, & remũ aripui, & vectorum omnium vnus non eiulaui. CHA. Iſta nihil ad naulum, obulũ reddas oportet, neq; enim fas eſt ſecus fieri. MER. Proinde tu me rurſum in vitam reuehe. CHA. Belle dicis nimirum vt verbera etiã ab AEaco mihi lucrifaciã. ME. Ergo moleſtus ne ſis. CHA. Oſtende quid habeas in pera. ME. Lupinum ſi velis, & Hecatę cœnam. CHA. vnde nobis hunc canẽ adduxiſti Mercuri? tum qualia garriebat inter nauigandum, vectores omnes irridens ac dicterijs inceſſens vnuſq; cã tillans, illis plorantibus. MER. An ignoras Gharon quem virum tranſuexeris, plane liberum, cuiq; nihil omnino

curæsit. Hic est minippus. CHAR. Atquisi unquam posthac te recepero. ME. Si receperis, ó præclare, ne possis quidem iterum recipere.

Charon — Charon noctis et herebi filius, tria inferni flumina seu plaudes obseruare dicitur, puta, Acherontem, Stygen, et cocytum, et animas mortuorum ad profundum herebi transuehit, quem Vergili. in. vi. pulchre describit. Portitor has horrendus aquas et flumina seruat Terribili squalore Charon, cui plurima mēto Canicies inculta iacet, stāt lumina flama, Sordidus ex humeris nodo depēdet amictus, Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat. Et ferrugina subuectat corpora cymba Iam senior sed cruda deo viridisque senect9. Naulum precium quod naute pro vectura soluitur. Iuuenalis, Furor est post omnia perdere naulū. Traijcere, id est, transuehere siue tranportare. Inde traiectus locus vbi homines et res traijciuntur, Haud quaquā auferre queas ab eo qui, Etiam ad hanc sententiam pertinet illud adagium quod vsurpat Plautus in asinaria, Nudo detrahere vestimenta me iubes. Num ea gratia, quasi dicat non. Significatio huius monosyllabe num est fere eadem que an. sed subintelligitur non. Terentius in Andria, Vide num eius color pudoris signum vsque indicat. q. d. non. Sentina locus est in ima naui ad quem sordes vndique defluit, et aqua ipsa in ima naui. Ut, sequente relatiuo pulchre capitur pro quippe siue vtpote. Quintilianus, Nec ignoro igitur quos transeo, nec vtique damno, vt quid

Naulū — Traiectum. — Sentina

quid dixerim esse in omnibus vtilitatis aliquid. Vector significat et eum qui vehit, et eum qui vehitur. Hecate triformis vmbrarum est dea sic dicta, vel quod centum victimis placetur, vel quod centū annos faciat errare insepultos. Tortellius et plerique alij putant eandem esse cum Proserpina, verum Lucianus a Proserpina Hecatem in necromantia separat. Per cenam Hecate vilem et parcam intelliges. Nam vmbre victitant malua et aspodelo vilissimis herbis, preterea menades pisces, et triglas In delicijs esse Hecate atque illi sacras testatur Atheneus lib. vii, Nam hi pisciculi vilissimi sunt, et trigla etiam a termone dicitur quod numerus Hecate sacer est. Ita me docuit vndecunque doctissimus Erasmus. Dicteria scribit Macrobius omnia que facete, et breuiter, et acute, dicuntur, ea dicteria appellari.

Vector

Hecate

Dicteria

CRATETIS AC DIOGENIS

CRATES.



Moerichum diuitem noueras ne Diogenes? illum inquam supra modū diuitem, illū Corītho profectū, cui tot erāt naues onustæ mercibus, cuius consobrinus Aristeas, quum ipse quoque diues esset, Homericū illd̄ i ore solebat habere: Aut me cōfice tu, aut ego tete. DI, Cuius rei gr̄a sese captabant inuicē

Crates? CRATES. Hæreditatis cau
ſa, quum eſſent æquales, vterq; alterum
captabat. Iamq; teſtamenta publicaue-
rant ambo, in quibus Mœrichus (ſi pri-
or moreretur) Ariſteam omniũ rerum ſu
arum dominum relinquebat, Mœrichũ
viciſſim Ariſteas, ſi quidem ipſe prior e-
uita decederet. Hæc igitur cum eſſent
in tabulis ſcripta, illi i te ſeſe captabãt
& alter alterum adulationibus, obſequi
iſq; ſuperare contendebat. Porro diuini
haud ſcio vtrum ex aſtris id quod futu-
rum ſit coniectantes, an ſomnijs, quem-
admodum Chaldei faciunt, quin & Py-
thius ipſe, nunc Ariſteam victorem fore
pronunciabat, nunc Mœrichum, ac trut
ina quidem interim ad hunc, interi ad
illum propendebat. DIOGENES.
Quid igitur tandem euenit? Nam audi
re eſt operapræcium Crates. CRA.
Eodem die mortui ſunt ambo. Cæterũ
hæreditates ad Eunomium ac Thraſy-
clem deuenerũt, quorum vterq; cogna-
tus illis erat. Atqui de his nihil prædix
tus

erant diuini futurum, vt tale quippiam acciderett. Etenim quum Sycione Cirrham versus nauigarent, medio in cursu obligo orto Iapige eo sunt depulsi. DIOGENES. Recte factum. At nos cum essemus in vita, nihil eiusmodi alter de altero cogitabamus. Neq; enim ego vnquam optabã, vt moreretur Antisthenes, quo nimirõ baculus illius ad me rediret hæredem (habebat autem egregie validum) quem ipse sibi parauerat oleaginum: neque tu Crates opinor desyderabas, vt me mortuo, in possessionũ mearũ successionũ venires. puta dolii, ac peræ in qua quidem lupini Chenices inærant duæ. CRATES. Neque enim mihi quicquam istis rebus erat opus. Imó ne tibi quidem Diogenes, si quidem quæ ad rem pertinebant, queq; tu Antisthenei succedens accepisti, deinde ego succedẽs tibi, ça nimirum multo sunt potiora multoq; splendidiora quã vel Persarum imperium. DIOGE. Quæ nam sunt ista quæ dicis. CRA.

Sapi

Sapientiam inquam, frugalitatem, ueritatem, libertatem. DIOGENES. Per Iouem memini me in istiusmodi opum hæreditatem Antistheni successisse tibiq; eas longe etiã maiores reliquisse CRATE. uerũ reliqui mortales hoc possessionũ genus aspernabãtur, neque quisquã nos obspẽ potiũdæ hereditatis obsequijs captabat, sed ad aurũ omnes intendebant oculos. DIOGENES. Nec iniuria. Neque enim habebãt, quo facultates eiusmodi á nobis traditas acciperent, quippe rimosi iam uitiatiq; delitijs, nõ aliter quám uasa carie putria. Quo fit ut si quando quis in illos infũdat uel sapientiam, uel libertatem uel ueritatem. effluat ilico per stilletq; fundo quod immissum est continere non ualente. Cuiusmodi quiddam et Danai filiabus aiunt accidere, dum in dolium ꝑtusum haustam aquam important. At ijdem aurum dentibus et unguibus omnique uiseruabant. CRATETIS.

Pro

Proinde nos hic quoq; nostras possidebimus opes. Illi simul atq; huc uenerint obulum duntaxat secum ferent, ac ne huic quidem ulterius quàm ad portitorem.

Corinthus vrbs fuit Achaie in faucibus Istmi sita. Consobrini proprie dicuntur duarum sororum filij, sicut patrueles duorum fratrum filij, qui vero ex sorore et fratre pgeniti sunt, amitini vocantur. Equales dicuntur qui eorundem sunt annorum. Terentius in Adelphis, Amicum nostrum similem atque equalem. Chaldea regio est Asie Arabie cõtermina, in qua Babylon ciuitas magna fuit. Caldei primo siderum obseruatione futura predicere solebant, et postea vanitate eorum aucta artibus quibusdam et maleficijs scire se omnia, et posse profitebantur. Pythius vnum est ex cognomentis Apollinis a Pythone serpente, quem interfecit. Trutina idem est qđ statera, Inde trutino et trutinor deponens. Persius, Atque exporrecto trutinantur verba labello. Operepreciũ, id est, fructuosum et vtile, sic Iuuenalis, Est opere precium penitus cognoscere toto. Quid faciant agitentque die. Sicyon fuit Plinio teste Achaie oppidum. In Sicyone spectatissima quondam Occasionis imago extitit authoris lysippi. Cyrrha teste Strabone in ix. Urbs est vetusta sub cirphin Pernassi rupem ad mare locata, eregione Sicyonis posita, ab qua incipit ad Delphos ascencio, ibi est antrũ

Corith[us]
Cõsobrini
Equales
Chalde[a]
Pythi[us]
Trutin[a]
Sicyon
Cyrrha

antrum cirrheum phebi oraculo celeberrimum. Lapix ventus est occidentalis/quem Gelli. caurū seue corum esse putat. Lupinus legumen est teste Plinio. Homini & quadrupedum generi vngulas habenti cōmune/& vt homini in cibo sit aqua maceratur/& circumagitur quotidie cum sole horas que agricolis etiam nubilo demonstrat. Chenix est cibi diurni mensura/ Unde Pitagore dictum est chenici ne insidias/quo admouemur ne de victu in crastinum simus solliciti. Rimosi/id est/pleni rimarum omnia effutientes/hinc Parmeno Terentianus dicit de se plenus rimarum sum/sūt autem rime hiatus angustiores & fissure inre que rumpi incipit/ Inde rimari inquirere. Danaus beli prisci filius ex pluribus coniugibus quinquaginta filias habuit/ que cum quinquaginta filijs Egipti fratris Danai nupsissent eos omnes vna nocte interfecerunt preter Hyperme stram que Lino viro suo pepcit/ ob quod nephas hoc pena funguntur apud inferos damnate Danaeides/vt assidue in vrnis foundo carentibus haurire aquam cogantur. Portitorem id est Charuntem. portitor enim dicitur qui vehit homines de littore ad littus/vel de naui ad littus. Abu siue etiam qui portatur Portitor dicitur sicut vector teste Seruio.

Lapix
Lupinus
Chenix
Rimosi
Danaus
Portitor

Nirei, Menippi, & Thersite.

NIREI.

Ecce deniq; vel Menippus hic iudex erit, vter nostrum sit formosior. Dic Menippe, an non tibi videor forma prestantior? MENIP. Imó qui

quinam sitis, prius arbitror indicandũ
Nam hoc opinor scito est opus. NIR.
ac Thersites. MENIPPE. Vter Ni
reus, vter Thersites? nundum enim vel
hoc satis liquet. THERSITES.
Iam vnum hoc vinco, quod tibi sum si-
milis, neq; tantopere me præcellis, quãt
opere te cæcus ille Homerus extulit, v-
num omnium formosissimum appellans
Quin ego fastigiato vertice rarisq; & im
pexis capillis ille, nihillo te inferior
visus sum arbitro. Iam vero tem-
pus est, vti pronunties Menippe, vtrum
altero formosiorem existimes. NIR.
Mirum ni me Aglaia Charopeq; prog-
natum qui vir pulcherrimus vnus om-
nib⁹ e Graijs priameia ad Pergama ve
ni. MENIPPE. Atqui nõ item sub
terrã opinor pulcherrimus venisti, quip
pe qui reliquis quidem ossibus alijs ap-
pareas assimilis, porro caluaria hoc v-
no insigni á Thersite caluaria dignosci
possit quod tua delicata est ac mollicu-
la. Quandoquidem isthuc habes effœmi
natum

natum ac neutiquam uiro decorum. NIREVS. Attamen Homerum percontare qua specie tum fuerim quum inter Græcorum copias militarem. MENIPPE. Tu quidē somnia mihi narras. At ego ea specto quæ uideo, quæq; tibi adsunt in presentia. Cæterum ista norunt, qui id temporis uiuebant. NIREVS. Quid igitur tandem. An non ego hic formosior Menippe? MENI. Neq; tu neq; quisquam alius formosus hoc loco. Siquidem apud inferos æqualitas est, paresq; sunt omnes. THER. Mihi quidem uel hoc sat est.

Nireus — Nireus erat omnium Grecorum qui ad Troiam nauigauerunt speciosissimus/infra tamen Achillem/sed erat imbellis. Thersites teste Homero in secundo Iliados fuit fedissimus omniū qui ad Troiam nauigauerunt/altero oculo strabone altero pede claudo angustissimis humeris/ et ad pectus vsq; contractis / verticeq; acuminato / raro cappillitio. Opus est scito/id est/scire/participium preteriti temporis ablatiui casus eleganter pro infinitiuo iungitur his nominibus op⁹ & vsus

Thersite

Homer⁹ — Homerus fuit omnium Poetarum clarissimus atq; adeo pauper vt luminibus egritudine amissis/non esset illi vnde sumptus puero a quo duceretur

retur impenderet/cuius patrie fuerit maxime dissensum est/vnde teste Gellio septem vrbes certat de stirpe insignis Homeri. Smyrna. Rhodos/Colophon/Salamin/Chios/Argos/Athene. In Chio autem insula decessit et sepultus est/ vt in Gellium notauit Jacobus Bononiēsis homo impense doctus. Somnium est quod in somnis videre videmur/vnde prouerbialiter somnium et somnia rem futilem/inanem/ et nihil dicimus. Teren. in Adelph. de argento somnium. Id temporis/id est/eo tempore/venustissime enim sic vtimur id temporis pro eo tempore. Gellius/ Si libri copia fuisset id temporis. Cicero/ Ad me venturos esse id temporis predixeram.. Chio Sōntum

Diogenes et Mausoli. DIOGE.



He tu Car, quare tandem insolēs es tibiq; places, ac dignū te credis, qui unus nobis omnibus anteponare? MAVSOLVS. Primum regni nomine ó tu Siopensis, quippe qui Cariæ imperaueri uniuersæ præterea Lydiæ quoq; gentibus aliquot. Tum autem et insulas nonullas subegerim, Miletum usque peruenerim plerisque Ioniæ partibus uastatis. Ad hæc formosus eram ac procerus, ac

bellicis

ac bellicis in rebus prænualidus. Postremo quod est omnium maximum, in Halicarnasso monumētum erectum habeo singulari magnitudine, quantū videlicet defunctorum alius nemo possidet, neque pari etiam pulchrytudine conditū, viris videlicet atq; equis, pulcherrimo é saxo viuam formam absolutissimo artificio expressis, adeo vt vel phanum aliquod simile haud facile quis inueniat Nū iniuria tibi videor has ob res mihi placere atq; efferri? DIO. Nū ob imperium ais, ob formam atq; ob sepulchri molem? MAV. Per Iouem ob hæc inquam. DIO. Atqui o formose Mausole neq; vires iam illæ, neq; forma tibi iam adest adeo vt si quem arbitrū de forma præcellētia delegerimus, haud quaq̄ dicere potis sit, quamobrem tua caluaria mea sit anteferenda, si quidem vtraq;, pariter tum calua, tum nuda, vtriq; dentes pariter ostendimus, pariter oculis orbati sumus, pariter naribus simis ac sursum hiantibus deformati. Cæterum,

sepul

ſepulchrum, ac ſaxa illa precioſa Hali-
carnaſſeis forſitan iactare licebit, & hoſ
pitibus gloriæ cauſa oſtētare tanquam
qui magnificam quandam apud ſe ſtru-
cturam habeant? verum quid hinc com-
moditatis ad ſe redeat vir egregie ne-
quaquā video, niſi forſan illud commo-
dum vocas quod plus oneris atq; nos ſu
ſtines ſub tam ingentibus ſaxis preſſus
ac laborans. MAVSO. Ita ne nihil
illa mihi conducunt omnia planeq;. pa-
res erunt Mauſolus ac Diogenes? DI
OGENES. Imó haud pares inquam
vir clariſſime. Nam mauſolus diſcrutia
bitur quoties earum rerum in mentem
veniet quibus in vita florere conſueuit
At Diogenes interim eum ridebit. Atq;
ille quidem de ſuo illo monumēto quod
eſt in Halicarnaſſo memorabit, ab vxo-
re Artemiſia, atq; ſorore parato, contra
Diogenes ne id quidem ſuo de corpore
nouit nunquid habeat ſepulchrum. Ne
que enim illi res ea curæ eſt, verū apud
viros excellentiſſimos ſui memoriam fa

mamq;

mamq; reliquit, ut qui uitam peregerit uiro dignam tuo monumēto Carum ab iectissime, celsiorē ac tutiore in loco sub structam.

Caria
Car

Caria regio est minoris Asie inter Lyciam et Joniā, inde Car caros aliquis de caria, cuius femininū est catera teste Raphaele Regio in .iiii. meta. Ouidiū. In carta regnauit Mausolus, quē vxor ita amasse dr, vt cineres eius cū odoribus mixtos biberit, Sepulchrum preterea edificauerit tā egregiis operibus vt inter septem orbis miracula computetur quod Mausoleum nuncupatur. -

Sinope

Sinoppe es. vrbs fuit Capadocie, & patria Diogenis, vt docet Pomponius.

Jonia

Jonia regio est i extremitate minoris Asie, media inter Cariā et Aeoliam, cuius regionis Miletus vrbs caput est.

Halicarnassus

Halicarnassus metropolis est Carie regionis, in qua nobile Maŭsoleum extat. Quoties & toties sine n scribi Caper grammaticus precipit. Earū rerum in mentem venit, sane quam eleganter dicitur, et subauditur recordatio, qualitis, status, memoria, aut aliquid simile vt vult: Valla, Cicero. Cum illius diei mihi in mentem venit, dicimus etiam, In mentem venit de illa re.

Symili ac Polystrati.

SYMY.

UEnisti tangem et tu Polystrate ad nos, quū ānos uixeris haud multo pauciores centum opinor

nor. Po. Nonagintaocto Sy mile, Sy.
Sed quinam triginta istos annos egisti,
quibus mihi fueras superstes? Nam ip
se perij te ferme septuagenario. PO,
Quám soauissime profecto, etiam si hoc
mirum tibi uidebitur. Sy. Mirum ue-
ro, si quidem tibi primũ seni, deinde ua
lido, postremo etiam orbo quicq̃ pote-
rat esse in uita suaue, PO, Principio
nihil erat quod non possem, præterea,
pueri formosi complures aderant, tum
mulieres nitidissimæ, unguẽta, uinum
mire fragrans, Postremo memsæ uel Si-
culis illis lautiores. SYM. Noua nar-
ras, nam ego te plane sordidum ac par-
cissimum esse sciebam. POLITRA.
At qui uir præclarę, ex alienis arcis o-
pes mihi subscatebant, tũ diluculo pro-
tinus quámplurimi mortales ad fores
meas uẽtitabãt, simulq; ex omni rerum
genere quæ terrarum ubiuis pulcherri-
me reperiuntur, munera deportabãtur
SY. Num me defũcto regnum gessisti?
POLy. Minime, uerũ amãtes habebã
innu-

innumeros. SYMY. Non possum nõ uidere. Tu ne amantes, tantus natu quũ esses, uixq; tibi dentes superessẽt quatuor? PO. Habebam per Iouem equidẽ optimates ciuitates, Quumq; essem tum senex, tum caluus sicuti uides, preterea lippiens etiam ac senio cæcutiens, postremo naribus mucosis tamen cupidissime mihi inseruiebant adeo ut is fœlix uideretur, quemcunq; uel aspexissẽ modo. SY. Num tu quoq; quemadmodũ Phaon ille, Venerem aliquam é Chio transuexisti, ut ob id optãti tibi illa dederit, rursum ad iuuentam redire, ac denuo formosum atq; amabilem fieri? POLY. Haud quaquam. Quin magis quum talis essem, qualem dixi tamẽ supra modum adamabar. Sy. AEnigmata narras. PO. Atqui notissimus est hic amor quum uulgo fit frequens, nempe erga senes orbos ac diuites. Sy. Nunc tua forma vnde tibi profecta fuerit, intelligo vir egregie, nimirũ ab aurea illa Venere. PO. Verum tamẽ nõ

parum

parum multas cōmoditates ab amantibus tuli Symile, propemodum etiam adoratus ab illis. Porro sæpius etiā quasi procax illis illudebam, excludens interdum nonnullos eorum. Interim illi inter sese decertabant et in ābiēdis primis apud me partibus, alium alius ante ire nitebatur. SYMI. Sed age de facultatibus tuis quid tandem statueras? POLISTRA. Palam quidem affirmabam: me unumquenq; illorum relictu rum hæredem. Idque illi cum crederent futurum, certatim se quisque obsequentiorem atq; adulantiorem præbebat. Ceterum alteras illas ueras tabulas, quas apud me seruaueram, reliqui, in quibus omnes illos plorare iussi. SYMI. At postremæ illæ tabulæ, quem pronunciabant hæredem? Num é cognatis quempiam? POLISTRATVS. Non p Iouem, Imó nouitium quendam ex formosis illis adulescētulis natione Phrygem. SYMI. Quot annos natum Polystrate? POLIST. Viginti ferme

SYMI. Iam intelligo quibus obsequi is ille te demeruerit. POLIS. Attamē multo illis dignior, qui scriberetur hæres, etiam si barbarus erat ac perditus. Quem iam ipsi etiam optimates colunt captantq;. Is igitur mihi extitit hæres Iamq; inter patridos numeratur, subraso mento barbaroq; cultu ac lingua. Quin eum Codro generosiorem, Nireo formosiorem, Vlysse prudentiorem esse prædicant, SY. Non laboro uel toti⁹ Græciæ sit imperator, si libet modo ne illi potiantur hæreditate.

Sicula mensa

¶ Sicula mensa prelauta atq; opipera dicebatur/vnde Plato de Republica libro tertio/ syracusanā amice mensā et siculā in obsonijs varietate non videris approbare/vt D. Erasmus Cēturia secunde chiliadis .ij. Natu id est/natiuitate ꝛ etate/ablatiuus solus in vsu est teste Seruio

Muccus

Muccus est narium immundicies/inde muccosus mucco plenus et obsitus.

Phaon

Phaon traijciendis viatoribus de ripa in ripam victū sibi queritauit cūq; semel Venerem nulla promissa mercede trāsuexisset ignorans quod dea esset ab ea alabastrū vnguento plenā mercedis loco accepit/ quo cū se perunxisset formosissimus omnium mortaliū apparuit/ atq; a Sapho poetria celeberrima adamatus/post tanquā mechus interfectus est.

Chios

Chi

os

os insula est in mari egeo lesbo vicina/que paruo
freto ab Asia diuiditur. Procax/id est/proter-
uus et cõtumeliosus. Procari veteres petere di- Procax
cebant/vnde procax impudens in petendo ⁊ lasci
uus siue libidinosus/⁊ quia impudice mulieres ne
verbis quidem turpibus ⁊ mordacibus abstinent
Procacia contumelia dicitur ⁊ procax contume
liosus ⁊ proteruus. Phrygis vir ex Phrygia. Phryx
Est autem Phrygia regio minoris Asie/ ⁊ in ea
est Troia prouincia/cuius caput Ilium fuit olim
regia Priami. Femina vero dicitur phrygia.
Vergilius O vere phrygie. Demeruerit/deuinxe Demeri.
rit/ Et de te bñ merendo obligauerit/nam deme-
reri est meritis obligare. Quintilianus/ Ut pleni
ori obsequio demererer amantissimos mei. Nec
capitur demereri ꝓ malefacere / vt vulgus putat
sed cõmeremur mala/meremur bona/vt vult Do
natus. Perditus dicitur qui in omne scelus est Perdit⁹
traditus teste Valla. Nam per in compositione
aliquãdo capitur in malũ. Iuuenalis satyra octa
ua/ Libera si dentur populo suffragia quis tam
Perditus vt dubitet Senecam preferre Neroni
Inter patricios/ Patricij dicuntur progenies se
natorum qui patres/ vel ab Etate/vel a cure simi
litudine appellabantur. Plebei autem patricijs
opponebãtur. Codrus Atheniẽsiũ dux cũ bellum Codrus
esset cũ Laconibus/extaretqꝫ oraculum illos pos
se vincere/quorum dux in ballo caderet / sumpta
humili veste iuxta hostilia castra iurgio hostes sic
lacessauit/vt incognitus necaretur. Hec Ser-
uius. Unde hostes cognito Codri corpore ꝑ annu
lũ quẽ gestabat/sine prelio discesserunt. Hinc cũ
quẽpiã generosissimũ significare volum⁹/dicim⁹
Codro generosior.

Veneris et Cupidinis, VENVS.

QVuid tandem ĩ causa est Cupido ut quum reliquos deos omneis a dortus expugnaris, Iouem ipsum, Neptunum, Appollinem, Iunonem, me denique matrem, ab una Minerua temperes atq; aduersus hanc nec ullum habeat incendiũ tua fax, et iaculis uacua sit pharetra tum et ipse arcu careas, neq; iacualari noris? CVPIDO. Equidem hanc metuo mater, est enim formidabilis truculentoq; aspectu, ac ferocitate quadam supra modum uirili. Proinde si qñ tenso arcu petã illã, galeæ cristã quatiẽs, expauefacit, moxq; formidine tremere occipio, sic ut arma mihi ẽ manibus excidant. VE, Atqui Nars an nõ erat hac formidabilior? Et hunc tamẽ superatũ exarmasti. CV. Imo ille cupide me recipit, atq; ultro etiam inuitat. Verum Minerua semper aductis superciliis obseruat. Quin aliquando temere ad illã aduolaui facem propius admouens. At illa, siquidem ad me accesseris inquit, p parentẽ Iouemquouis mõ te confecero

aut

aut lancea te trāſfigam, aut pedibus ar-
reptū in tartara dabo præcipitē, aut ip-
ſa te diſcerpam. plurima item id genus
comminabatur. Ad hæc acribus obtue-
tur oculis, poſtremo et ī pectore faciem
quandam geſtat horrendam uiperis ca-
pillorum uice comatā. Hanc nimirum
maximopere formido. Territat enim
me fugioq; quoties eam aſpicio. V E.
Eſto ſane Mineruam metuis ut ais, atq;
huius geſtamē Gorgona reformidas, id
que cum Iouis ipſius fulmen non formi
daueris. Cæterum muſæ quam ob cau-
ſam abs te non feriuntur, atq; á tuis ia-
culis tutæ agunt? Nil et hæc criſtas qua-
tiunt aut Gorgonas prætendunt? C V.
Has quidem reuereor mater. Sunt enī
uultu pudico ac reuerendo, præterea ſē
per aliquo tenentur ſtudio, ſemper can-
tionibus animum intentum gerunt.
Quin ipſe etiā non raro illis aſſiſto, car
minis ſuauitate delinitus. V E N V S.
Eſto nec has adoriris, propterea quód
ſint reuerende, at Dianam qua tandem
gratia

gratia non uulneras. CVPIDO. Vt breuiter dicam, hanc ne deprehendere quidem usquam sũ potis quippe perpetuo per mõntes fugitantem. Ad hæc alterius cuiusdam sui cupidinis illa tenetur cupidine. VENVS. Cuius ó gnate. CVPIDO. Nẽpe uenatu ceruorum et hinnulorũ, quos insectatur ut capiat, ac iaculo figat. Ac prorsũ tota rerum huiusmodi studio tenetur. Tametsi fratrem eius, qui nimirũ arcu ualet. et ipse feritq; eminus. VE. Teneo gnate, cũ sæpenumero sagitta uulnerasti.

Cupido Cupido Martis et veneris fuit filius/quẽ delusi veteres ingertis potentie amoris esse deũ voluerunt. Pingebatur puer imberbis/cecus alatus facẽ gestans et sagittas/quarũ vna cuspide aurea vulneratos ad amorem/altera plumbea ad odium impellit/quorum oĩm rationẽ pulcherrim9 versibus Pius pontifex et Marullus ingeniosissime complexi sunt.

Iupiter. Juppiter/Juno/Neptun9 ⁊ Pluto Saturni ⁊ opis filij fuerunt Verũ Juppiter Junonem sororem suã eodẽ secum partu editam vxorẽ duxerat/⁊ cũ Plutone Neptunoq; fratribus regnum partibus/olympum sibi reseruans habitauit/quã insignis stupris et adulteriis fuerit/non ipse tantũ sed ⁊ reliqua gentiliũ deorum caterua poetarum carmina personant/⁊ numerosa

merosa ex variis mulieribus suscepta soboles docet. Apollo Jouis et Latone filius a poetis dicitur medicine artis repertor/ diuinitatis deus/ et musarum preses. Minerua sapientie dea/ et omnium bonarum artium inuentrix appellatur. Hanc dicunt poete Jouis filiam sine matre/ ita quod cum Jupiter videret Junonam vxorem suam non ferentem liberos/ percusso capite armatam Mineruam emisit. Ouidius in tertio Fastorum/ An quia de capitis fertur sine matre paterni Vertice cum clypeo prosiluisse suo. Eadem dicitur belli inuentrix et princeps/ hanc torpham oculis/ et armis insignem longamque hastam cum cristalino clipeo in quo erat caput Meduse ferre dicunt poete. De qua re talem fingunt poete fabulam Meduse vna Gorgonum cum a Neptuno in templo Minerue stuprata esset/ irata dea ne tantum crimen in vltum maneret / crines eius quibus Neptuno placuerat in angues vertit/ dedit vt eam aspicientes in saxa verterentur. Hanc postea Perseus/ Jouis Danaesque filius/ acceptis talaribus et falcato ense Mercurij/ item scuto Palladis/ Medusam vnico ictu interemit. Unde Pallas vt terribilior hostibus videretur/ Gorgonis caput in suo clypeo gestauit. Ouidius. Gorgonium crinem turpes mutauit in hydros Nunc quoque vt attonitos formidine terreat hostes. Pectore in aduerso/ quos fecit sustinet angues. Pharetra theca sagittarum. Inde Cupido pharetrasus dicitur. Supersilijs. Cilium est superius oculi opertimentum. Inde supercilium infima pars frontis que preeminet oculo/ et quoniam illo multis modis animum indicamus/ ponitur pro grauitate/ et etiam superbia.

Apollo

Miner

pharac

Supercilium.

Minerua.

Mineruę ergo superciliis adductis/id est/constri
ctis/quod irati facutiant/obseruat/id est/notat et
custodit attentissime ne amoris iaculo se feriam.
Temere Temere aduerbium qualitatis/ significans stulte
incōsiderate/siue sine causa. Seneca i octa. Nihil
in propinquos temere constitui decet/ Qui post
Ciceronem nati sunt temere pro fere acceperunt/
Tartar⁹ teste Valla. Tartarus proprie est locus infimus
infernorum. Muse vt dicit Hesiodus ex Joue ⁊
Memosine hoc est memoria nate sunt/⁊ sunt nouē
quarum nomina et inuenta sic percurrit. Ver-
gilius Clio historias inuenit/Melpomene trage-
dias /Thalia comedias/Euterpe tybias/Terpsi
chore psalterium / Erato geometriam/ Calliope
litteras/vrania astrologiam/ Polyhymnia rhetori-
cam. Diana Jouis filia ex Latona eodem par
tu cū Apolline nata dicitur/que virginitatis stu-
dio/hominum consortia fugiens syluas incolle-
bat venationi intenta/quare cum cū arcu ⁊ pha-
retra illam incessisse scribunt poete. Vergilius/
Jlla pharetram fert humero. Plurima id genus
sane q̄ elegāter pro eius generis plurima dicim⁹
Et omne genus pro omnis generis/vnde Gellius
scripsit Aristo. libros esse elegantiarum omne ge
Tametsi nus refert os. Tametsi fratrē eius subaudi ferio
iaculis amoris/est enim Aposiopesis.

Martis ac Mercurij.

MARS.

AVdistin Mercuri cuiusmodi nobis
minatus sit Iuppiter, quám super
ba, quamq; dictu absurda; Ego inquit, si

uoluero

uoluero catenam ex æthere demittam unde si uos suspensi me ui detrahere conemini luseritis operã. Nunq̃ enim me deorsum trahetis. Contra ego si uos uelim in altum attrahere, non uos modo, uerum etiam tum terram ipsã, tum mare pariter subuectum in sublime sustulero. Ad hæc alia permulta quæ tu quoq; audisti, At ego siquidem cum uno quolibet singulatim conferatur ita præstantiorẽ eum esse, uiribusq; superiorẽ, haud quaq; negauerim, uerum unum tam multis pariter in tantum antecellere, ut eũ ne pondere quidẽ uincere queamus etiam si terram ac mare nobis adiunxerimus id neutiquam crediderim. MER Bona uerba Mars. Neq; enim sat tutũ est ista loqui, ne quid forte mali nobis hæc petulantia conciliet. MARS. An uero credis apud quẽlibet hæc dicturũ me? Imó apud te solum id audeo, quem linguæ continentis esse sciebam, Sed q̃d mihi maxime ridiculum uidebatur: tũ quum hæc minitantem audirem, haud

queam

queam apud te reticere, etenim memineram, quum non ita multo ante Neptunus, Iuno, ac Pallas, mota aduersus eũ seditione machinarentur comprehensum illum in uincula coniisere, quantopere formidarit, utq; in omnem speciem sese uerterit. Idq; cum tres duntaxat essent dij. Quod ni Thetis misericordia commota, Briareũ Centimanũ illi auxiliatum accersiuisset, ipso pariter cũ fulmine ac tonitru uinctus erat. Hec reputanti mihi ridere libebat eius magniloquentiam, iactantiamq;. MER. Tace Bona uerba. Neq; enim tutum est ista uel tibi dicere, uel audire mihi.

Mars ¶ Mars belli deus / Junonis fuit filius absq; patre / vt scribit Ouidius in Fastis. Nã Juno cõmota quod Juppiter absq; muliere Mineruã concusso capite emisisset ad occeanũ porrexit cõ siliũ sũptura quo pacto et ipsa sine viro conspere posset / sed in itinere cũ decedisset lassa a dea flora vxore zephiri est edocta in cãpis oleniis florẽ esse quo tacto repente conciperet / id postquam fecisset Martem concepit / & peperit / hic deus tam dirus atq; cruentus inter alias multas Venerem adamauit / & Cupidinẽ genuit. Luceritis operam hoc est pariter laborabitis. Terentius in Phor

Phormione. In illis operam luditur/hoc est perditur & frustratur/et est prouerbialis locutio/in laborantem inaniter. Contra/id est/e/diuerso ecōtrario. Et est aduerbium. Uergilius in primo eneidos. Sic Uenus et Ueneris contra sic filius orsꝰ

Contra

Aliquando etiam contra aduerbialiter capitur & significat ex oposito/ecōtra putant doctiores latine non dicit. Briareus fuit Titanis et Terre filius fraterqꝫ Cotti et Gygis centimanus Iouisqꝫ amicus/de quo Theodosius talem fabulam refert/quod cōmoti dii aduersus Iouem Iuno puta & Neptunus vna cū Pallade i domo Nerei patris Thetidis deliberauerunt cathenā facere & dormienti Ioui iniicere/quod Thetis Nerei filia & mater Achillis celū ascendens Ioui retulit & secum Briareum Ioui auxiliatum adduxit/quē cū vidissent coniurati/eo quod fortissimus estimaretur/confestim a ceptis destitere/et sic defenus est Juppiter. Latini autē poete scribunt Briareum Iouis & deorū hostem infestissimū fuisse/cūqꝫ in foribus inferni excubias agere/vt scribit Uergi.in.vi.

Briareꝰ

Mercurij et Maiæ. MER.

Est uero mater deus quisquam in cœlo me miserior. MAIA. Caue ne quid istiusmodi dixeris Mercuri. MERCVRIVS. Quid non dicam? qui quidem tantū negociorū solus sustineā, quibus delassor in tam multa

ministeria

ministeria distractus. Nam mane protinus surgendum est mihi, statimq; uerrendum cænaculum. ubi dij compotant. Tum ubi curiam in qua consultant undiq; strauero, ac singula ita ut oportet composuero, Ioui necessum est assistere. ac perferendis illius mandatis toto die sursum ac deorsum cursitare, insuper cũ redeo, puluerulentus adhuc, Ambrosiã apponere cogor. Porro priusquam nouitius iste pocillator aduenisset. ego nectar etiam ministrabam, Quodq; est omnium indignissimum, soli omniũ ne noctu quidem agere quietem licet, uerum id quoq; temporis necesse habeo defunctorum animas ad Plutonem deducere, maniumq; gregi me ducem prebere, tum autem et tribunalibus assistere. Neque enim mihi sufficiebãt scilicet diurna negocia, dum uersor in palestris, dũ in cõcionibus præconis, uices ago, dum oratores instruo, ni hæc quoque prouincia accedat, ut simul etiam umbrarum res disponam, Atqui Ledæ filij alternis inter

ter ipſos uicibus apud ſuperos atq; inferos agitāt, mihi neceſſe eſt quotidiæ. tū hoc, tum illud pariter agere, Deīde duo illi Alcmena et Semele miſeris prognati mulieribus, ocioſi in conuiuijs accūbunt, at ego. MAIA. Atlantide progenitus illis miniſtro ſcilicet. Quin nūc cum recens Sidone á Cadmi filia reuerſus eſſem. Nam ad hanc me legarat uiſum quici ageret puella, priuſquam reſpiraſſem, et adhuc anhelom de uia rurſum ad Argos emandauit uiſurum, qui cum Danae ageretur, Rurſum inde in Bœotiam profectns inquit obiter. Antiopam uiſito. adeo ut planè iam pariturum me negarim, quod ſi mibi licuiſſet lubens profecto feciſſem. id quod ſolent ij qui in terris duram ſeruiunt ſeruitutem. MAIA. Miſſa fac iſta gnate. Decet enim per omnia morē gerere patri, cum ſis iuuenis. At nunc quo iuſſus es Argos contende. Deinde in Bœotiam, ne ſi ceſſaris fueriſq; lentior, plagas etiā auferas, Nā iracundi ſūt q amant.

Maia

Maia ¶ Maia Atlātis ex Pleione coniuge filia Ioui concubuit atq; ex eo peperit Mercurium/ quem Iuno pre omnibus pellicū filijs adamauit/ ita vt Mercurium mox natum suis vberibus lactauerit sicque diuino lacte perfusus (licet ex mortali natus) immortalis tamē effectus est/ dictusq; est mercurius deus facundie/ mercatorum/ palestre/ furū nunciusq; et interpres deorum/ galero tegitur/ alata fert talaria/ et virgam caduceam qua animas (vt scribit Vergilius) Ille euocat orco pallentes/ alias sub tristia tartara mittit.

Protin⁹ Proten⁹ Protinus per i aduerbium est temporale/ id ē/ statim. Protenus per e aduerbium locale/ id ē/ porrotenus/ author est Caper grammaticus.

Cenaculum. Cenaculum locus appellatur vbi cenamus/ vt author est Varro/ sed postq̄ in superiori parte cenitare ceperunt/ superioris domus vniuersa cenacula dicta sunt. Et cenatio locus in ima edium parte ad cenam sumendam. Ambrosiam pro deorum cibo et vnguento vsurpant Poete/ nec temere/ quia ambrosios grece dicitur immortalis Martial. Iuppiter ambrosia satur est/ et nectare viuit/ id est/ de nectare. Apulei. in. vi. Tunc poculum nectaris quod vinum deorum est. Et capitur etiam ambrosia pro herba que alio nomine artemisia dicitur.

Ganime. Iliacus pocillator/ id est/ Ganimedes/ Fuit autem Ganimedes Trois regis Dardanorum fili⁹ et ob admirandam pulchritudinem a Ioue in forma aquile rapt⁹/ quē Iuppiter pincernā suā fecit amota Hebe Iunonis filia/ eo q̄ dū Ioui apd ethiopas comessanti ministraret/ cadens corporis sui obscena omnibus superis monstrauit.

palestra. Palestra dicitur a nostris luctatio. Vergil. Corporaq; agresti nudant predura palestra. Capitur

situr etiam pro loco vbi exercebantur palestrite In concionibus. Concionem tria significare do=cet Aulus Gellius, locum Suggestumq; vnde ver ba fierent. Item significare cetum populi assistē=tis. Item rationem ipsam que ad populum du=citur In concionibus, hoc est in conuentu et con=gregatione multorum. Mercurius preconis vi=ces agit, dum Iouis et maiorum mandata popu=lo ore nunciat. Lede filii Castor et Pollux, Cum Castor in pugna aduersus Athemenses cecidisset Pollux suam immortalitatem cū illo communi=cauit, et impetrauit a Ioue vt alternatim viueret Vergilius in sexto, Si fratrem Pollux alterna morte redemit. Duo illi Alcmena ꝛc. id est, Her cules et Bacchus. Nam hercules fuit Iouis Alc mene fili⁹, Bacchus vero Iouis et Semele Cad mi filia. Sidon oppidum est Phenice regionis et apud Sidonem ꝛ Tyrum Cadmum cum Phe nice regnasse scribit Eusebius. Cadmi filie quatu or fuere. Semele, Agaue, Anthonoe, et Ino cum Semele Iouem cocubuisse vulgatum est. Da=nae Acrisii Argiuorum regis filia a patre in qua dam turri conclosa fuit, ob id quod in responsis habuit se manu eius qui ex filia nasceretur mori=turum, ac hanc Iuppiter (cū alia nō pateret via) in aureum imbrem ex tegulis per impluuiū in gre mium eius se cadere permisit, que ex eo compres=su Perseum genuit. Argos nomen est vnius re giuncule in Grecia, vnde Greci Argiui dicti sunt fuit et nomen aliquot oppidorum Grecie, et est in singulari neutri generis, in plurali vero masculi=ni. Obiter aduerbiū est et significat in transcur=su transeunter. ꝛ quod vulgo dicitur incidēter qua si preter propositū, dictio cōposita ab ob et iter.

Sidon

Danae

Argos

Obiter

Antiopa

Antiopa Lyci Thebarum regis vxor fuit A-
Antiopa sopi filia/vel vt alij volũt. Nyctei/hãc Juppiter
ui satyrum conuersus grauidam fecit/ que zetum
et Amphionem ex eo compressu peperit.

VENERIS, ET CVPIDINIS
VENVS.

CVpido gnate? uide quæ facis flagitia. Non iam de his loquor, quæ te impulsore mortales in terra uel in se quisq;, uel inuisem alij in alios faciunt, uerũ de his ago quæ apud superos quoque designas, qui quidem Iouem ipsum cogis uarias assumere formas, in quodcunq; tibi pro tempore uisum fuerit, eũ uertens. Tum Lunam é cœlo deuocas. Quinet Solem aliquoties compellis lentum apud Clymenem cessare aurigandi muneris oblitũ. Nam quicquid iniurra in me matrem etiam committis, audacter ac tanquam tuto facis. Verum tu quidem O deorum omnium confidentissime, Rheam insuper ipsam iam anum, præterea deorum tam multorum parentem, eo perpulisti, ut Pusionem adamet

atq;

atq; in Phrygium illum adolescentulũ deperat, ac tua iam opera insanit, iunctisq; leonibus, ad hibitis item Corybãtibus, quippe qui et ipsi furore quodam sint afflati, per Idam montem sursum ac deorsum oberrat, ipsa quidẽ artie aniore eiulans. Cæterum Corrybantum alius suum ipse penem ense desecat, alius demissa coma per montes fertur insan⁹ alius cornu canit, alius tympano tonat ali⁹ cymbalo perstrepit, breuiter omnis undiquaque Ida tumultus, atque insaniæ plena est. Proinde cuncta timeo. Metuo ne tale quid accidat, quandoquidem te poduxi, malum ingens, ut si quãdo resipiscat Rhea uel potius si pergat insanire, Corybantibus imperet, ut te correptum discerpãt, aut leonibus obijciant. Hic me solicitat metus, quód uideam tibi periculum imminere. CV. Ociosо animo esto mater, siquidem leonibus etiam ipsis iam familiaris sum factus, ita ut sæpenumero conscensis eorũ terges, prehensáq; iuba, equitis ritu insi

dens illos agitem. At uero illi interim mihi caudis adblandiuntur, ac manum ori inſertim receptant, lambuntq;, deinde mihi reddunt innocuam, Porro Rheæ ipſi quando tandem uacauerit, ut me ulciſcatur, quum in Atteſit tota. Poſtremo quid ego pecco, quũ res pulchras, ut ſunt offero ac demonſtro. uos ne appetite res pulchras. Quare his de rebus ne in me crimen conferte. Num uis ipſa tu mater, uti neq; tu poſthac Martem ames, neq; ille te. VENVS. Vt es peruicax, et nulla in re non ſuperas. Attamen horum quæ dixi aliquando memineris.

Designo ¶ Deſignare vetuſtiſſimo ſignificatu eſt rem nouam facere in vtramq; partem et bonam & malã, ſicuti docet Donatus, enarrans illud Terentij in Adelphis: Nam illa que facta ſunt omitto, modo quid deſignauit fores effregit. Varias formas Nam Jupiter in patiẽtia amoris ſe vertit in taurum, in aquilam, in olorem, ſatyrum Amphitrionem, aurum, ignem, paſtorem, ſerpentem, vt ſcribit Ouidius in ſexto Metamorphoſeos.

Endimiõ Endimion paſtor fuit admodum formoſus, cũ in Lamio Carie monte aliquando obdormiuiſſet a Luna deoſculatus eſt, que in eius amorem exarcerat, ita vt fratri bigas ſuas agitandas dederit.

Seneca in hippolyto. Arsit obscuri dea clara mũdi nocte deserta / nitidosq̃ fratri tradidit currus aliter regendos. &c.

Clymene fuit Oceani et Thetyos filia et quia forma prestabat Soli placuit / ex q̃ concepit Phaetontem et sorores eius. Aurigandi / id est / regendi currum. Aurigor / rego / moderor. Valla. Hectori aliquis fratrum fere aurigabatur currum. Clyme

Rhea que et Cybele Berecyntia et Ops dicit filia fuit Celi / et Veste / et Saturni fratris sui coniunx. Hanc poete Iouis et aliorum plurium deorum matrem dixerunt / eiq̃ quadrigam a quatuor leonibus tractam assignauerũt / et capiti eius turritam coronam et sceptrum manibus addiderunt Et cum incederet / sacerdotes dicti galli tympana tangentes et era precedebant / et Corybantes armati illam ambibant Attis puer Phrygius adamatus a Rhea matre deorum / cum ei castitatem promisisset / quam non seruauit / in furorem versus seipsum excastrauit. Rhea.

Pusio dicitur proprie paruus puer. Cicero in oratione pro Celio. Pusio cum maiore sorore cubitauit. Veteres eundem. Pusum et Pusam puellam dixerunt. Capitur tñ sepe p̃ scorto masculo. Pusio.

Corybãtes sacerdotes sũt Cybeles / siue Rhee q̃ in sacrificiis matris deorum armati saltantes casti ⁊ pueri sunt assumpti / Coribantes aũt apellati quod inter saltandum capita iactent. Coryba

DORIDIS AC GALATHEAE

DORIS.

FOrmosum amantem Galathea, nempe Siculum istum pastorem, aiunt, a more tui deperire. GALATHEA. Ne ride Doris, etenim qualis qualis est Neptuno patre prognatus est. DO. Quid tum postea, si uel Ioue ipso sit pro genitus, quũ usq; adeo agrestis atq; hispidus appareat, quodq; est omnium deformissimum unoculus? An uero credis genus illi quicquam profuturum ad formam? GALATHEA. Ne istuc quidem ipsum, quod hispidus est atq; agrestis, ut tu uocas, illum deformat, qui nuirile magis est. Porro oculus media in fronte decet etiam, quo quidem nihilo segnius cernit quám si duo forent. DORIS. Videris Galathea non amantẽ habere Polyphemum, sed illum potius adamare, sic eum prædicas. GALA. Equidem haud adamo, sed tamen insignem istam uestram insultandi opprobrãdi que petulantiam ferre non queo. Ac mihi nimirum inuidentia quadam isthuc facere uidemini, propterea quod ille

ille quum forte aliquando gregem pasceret suum nosque é littorali specula in littore ludentes cerneret in prominentibus AETNAE. Pedibus qua uidelicet inter montem et mare littus sese in longum porrigit, uos ne aspexerit quidem, at ego omnium uná uisa sim formosissima eoq; in unam me conicærit oculum. Ea res uos male habet. Nam argumentum est, me forma præstantiorẽ esse, ac digniorem, quæ amer, uos contra fastiditas esse. DORIS. An istud tibi putas inuidendũ uideri, si primũ pastori, deinde lusco formosa uisa sis? quanquam quid aliud ille potuit in te probare præter candorem? is illi placet opinor quod caseo et lacti assueuerit, proinde quicquid his sit simile, id protinus pulchrum iudicat. Alioqui ubi libebit scire, qua sis facie, de scopulo quopiam in aquam si quando tranquilla steterit despectans temetipsam contemplare, uidebis aliud nihil nisi perpetuum candorem, uerum is quidem non probatur, ni

nisi

si rubor admixtus illi, decus illi iunxerit. GALATHEA. Atqui ego illa immodice candida, tamen eiusmodi habeo amanté, quum interim é uobis nulla sit quam uel pastor, uel nauta, uel portior aliquis, miretur. Cæterũ Polyphemus (ut alia ne dicam) etiam canendi peritus est. DORIS. Tace o Galatea audiuimus illum canentem cum nuper pruriret in te, Sed ó sancta Venus asinũ rudere dixisses. Nam lyræ corpus simillimum erat ceruino capiti ossibus renudato tum cornua perinde quasi cubiti prominebant. Is iunctis inductisq; fidibus ne sinui quidem admouens agreste quiddam et absonum cantilabat, quum aliud interi ipse uoce caneret, aliud lyra succineret. Ita ut tẽperare nobis nequiremus, quin rideremus amatoriam illam cantionem. Nam Echo ne respõdere quidem illi uoluit balãti, quum sit adeo garrula, Imó puduisset si uisa fuisset stridulum illius, Et ridiculum cantũ

imitari

imitari. Ad hæc gestabat in ulnis amasius iste delicias suas ursi catulū pilis hirtum ipsi non dissimilem, quis autem non inuideat tibi amicum istum Galatea.

GALATHEA. Quin tu igitur Dori tuum ipsius amicum nobis commonstra qui meo sit formosior, quiq; doctius ac melius uel uoce canat, uel cythara.

DORIS. Mihi quidē nullus est amator, neque me hoc nomine iacto, quasi sim uehementer amabilis, uerum tamē istiusmodi amicum qualis est Polyphemus nempe totus hircum olēs. tum crudis uictitans carnibus, et hospites siqui appulerint deuorans, tibi habeas, eūq; tu mutuum ames.

Sicilia

Polyph

Doris

¶ Sicilia regio est fertilissima/olim Italie coniuncta/nunc mari discreta/inde siculus pastor dictus est. Polyphemus cyclops cui oculus dūtaxat vnus in fronte quod in Sicilia pasceret oues. de huius invsitata magnitudine / crudelitate in hospites astuq; Vlyssis quo cum cecauit. Vergilius in.iii. Aeneidos et Ouidius.xiiii. Meta. graphice scripserunt. Doris nympha est seu dea maris/Oceani et Tethyos filia/ponit ꝑ aqua inꝗdā veluti pleraq; nois deoꝝ dearūq; ꝛ inuētoꝝ ū

pro

pro rebus vel inventis vel quibus presunt/ vt Terentius. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Hispidus proprie setosus dicitur horrorem tamē quēdam denotat qui vel natura vel incuria accidit. Unde Polyphemus apud Ouidium in. xiii Barba viros hirtecq decent in corpore sete. Et Diogenes interrogatus cur tam prolixam barbam barbam nutriret/ vt hanc tangens respondit meminerim me virum esse. Insulto preter alia significat irridere. Opprobrare est conuitiari & cōtumeliose aliqua cuipiam obijcere. Hinc opprobrium/ ignominia/ dedecus. Specula locus est editus & eminens vnde procul liceat videre & speculari. Aethna mons est Sicilie perpetuo igne incensus/ qui flammas/ cinerem/ Et fauillas frequenter euomit. In hoc Cyclopes dicūntur Ioui fabricare fulmina. Iacere oculum in aliū ē amoris causa & beneuolentie quempiam blande aspicere. Male habere quandoq est vexare & torquere/ interdum egrum esse & morbo laborare. Immodice non modice sed multum. Candorem perpetuum/ bene & conuenienter expressit colorem eximie album/ et Galathea dicitur quasi lactis dea Prurire proprie est vti desiderio et appetitu confricandi sese Pruritus talis nature appetit⁹. trāssumitur hic/ vt libidinem notet. qua homo lasciuiens in mulieris cōcupiscentiam ardescit. Echo dea est que clamantibus respondet Physici vocant repercussionem soni ex obiectu laterum loci cauernosi aut concaui. Hircū olere est/ fetere more hirci.

Oppro.
Specula
Aethn.
Prurio
Echo

DIOGENES ET ALEXANDRI. DIOGENES.

Quid

QVid hoc rei est Alexãder? ita ne defunctus es tu quoq; perinde atq; nos omnes? ALEXANDER. uides nimirum Diogenes. Tametsi mirãdum non est, si homo cum fuerim, defũctus sim. DIOGENES. Num ergo Iuppiter ille Hammon mentiebatur, cũ te suũ filium esse diceret, an uero tu Philippo patre prognatus eras? ALEX. Haud dubie Philippo. Neq; enim obijssem, si Hammone parente fuissem progenitus. DIOGENES. Atqui de Olympiade etiam consimilia quædã ferebantur puta draconem quendam cum ea fuisse congressum, uisum que in cubiculo, ex eo grauidam peperisse te, Porró Philippum errare, falliq; qui se tuum patrem esse crederet. DIOGENES Inaudieram quidem et ipse ista quemadmodum tu, at nunc uideo neque matrem, neque Hammonios illos uates sani quicquam aut ueri dixisse. DIO. Attamen istud illorum mendaciũ Alexander ad res gerendas haud quaquam

tibi

tibi fuit inutile, propterea quod uulgus te uerebatur, metuebatq; quum deum esse crederet. Sed dic mihi, cuinam tam ingens illud imperium moriens reliquisti? ALEXANDER. Id equidem ignoro Diogenes. Celerius enim é uita submouebar, quám ut esset ocium de illo quicquam statuendi, præter id unum quod moriens Perdiccæ annulum tradidi. Sed age quid rides Diogenes. DIOGENES. Quid ni rideam. An non meministi quid Græci fecerint, quũ nuper tibi arrepto imperio adularẽtur principemq; ac ducem aduersus barbaros deligerent? Nõnulli uero in duodecim deorũ numerũ referrẽt ac phana cõstituerent, deniq; sacra facerent tanquã Draconis filio. Sed illud mihi dicito. Vbi te sepelierunt macedones. ALEXANDER. Etiam dum in Babylone iacio tertium iam diem. Porró Ptolomeus ille satelles meus, si quando detur ocium ab his rerum tumultibus qui nunc instant, pollicetur in Aegiptum de

portatu

portaturum me, atque inibi sepulturum quo uidelicet unus fiam ex dijs Aegyptijs. DIOGENES. Non possum non ridere Alexander, qui quidem te uideam etiam apud inferos desipientem, sperantemq; fore, ut aliquando uel anubis fias, uel Osiris. Quin tu spes istas omittis ó diuinissime, neque enī fas est reuerti quenquam, qui semel paludem transmiserit, atq; intra specus hiatū descenderet. Propterea q neque indiligens est AE acus, neque contemnendus Cerberus. Verum illud abs te discere p uelim, quo feras animo, quoties in mentem redit, quanta felicitate apud superos relicta huc sis profectus, puta capitis custodilib⁹, satellitibus, ducibus, tū auritantaui, ad hoc populis qui te adorabant. Præterea Babylone Bactris, immanibus illis beluis, dignitate, gloria, deinde quod eminebas conspicuus, dum uestareris, dum amiculo candido caput haberes reuinctum, dum purpura circumamictus esses. Nunquid

quid hæc te discrutiant, quoties recursant animo? Quid lachrymas stulte. An non id te sapiens ille docuit Aristoteles ne res eas quæ á fortuna proficiscantur stabiles ac firmas existimares. ALEXANDER. Sapiens ille? quum sit assentatorum omnium perditissimus, Si ne me solũ Aristotelis facta scire, quám multa a me petierit, quæ mihi scripserit deinde quemadmodũ abusus sit mea illa ambitione, qua cupiebam eruditione cæteris præstare, quũ mihi palparetur interim, at prædicaret me nunc ob formam, tanquam et ipsa summi boni pars quædam esset, nunc ob res gestas atque opes; Nam has quoq; in bonorũ numero collocandas esse censebat, ne sibi uitio uerteretur, quód eas acciperet. Plane præstigiosus uir ille quidem erat ac fraudulentus ó Diogenes, quanquam illud fructus scilicet ex illius sapientia fero, quód nunc perinde quasi summis de bonis excrucior ob ista quæ tu paulo ante commemorasti. DIOGENES.

At

At scin quid facies? Ostendam tibi molestiæ istius remedium. Quandoquidem his in locis ueratrum non prouenit fac ut Læthei fluminis aquam auidis faucibus attrahens bibas, iterumq; ac sæpius bibas. Atq; eo pacto desines de bonis illis Aristotelicis discruciari. Verumenim Clitum etiam illum, et Calisthenē uideo, cumq; his alios compluris raptī huc sese ferentes, quo te eiscerpant, pœnasq; sumant ob ea quæ quondam in illos commisisti, quare fac in alterā hanc ripam te conferas et crebrius (ut dixi) bibas.

¶ Hammos grece arena. Hammon arenarius/ Epitheton Iouis/ quia Iuppiter colebatur in loco arenoso et extremo Lybie / quomodo Apollo clarius est dictus/ quod coleretur in insula Claro **Hāmos.** Olympias regina Macedonie mater Alexandri **Olipias** Aliter tempus quinq; annorum apud Grecos/ sicut apud Latinos Lustrum spatium est quinq; annorum. Errare est verum pro falso/ aut pro falso verum. aut certum ꝑ incerto asseuerare/ falli/ decipi. **Erro.** Hāmonij vates/ sacerdotes. prophete Iouis Hammonis. Perdica vnus ex ducibus Alexandri. Babylon vrbs Caldee ingens et ampla / a turre Babel/ quod confusionem notat/ et **Babylō.**

enim

enim cum vnica esset lingua/ et homines turrim vsq3 sydera edificare statuerent/ Deus linguā eorum confudit/impietatemq3 pluralitate ideomatum plexit. Dij ma. Jn duodecim deorū/ duodecim dij erant selecti qui maiores gentium dij dicebantur/ Juno/Vesta/Minerua/Ceres/Venus/Diana/Jupiter/Mars/Mercurius/ Neptunus/ Vulcanus/ Appollo/ AEgyptus regio Lybie vbi ꝑpetua est serenitas/atq3 ea causa Nilus fluuius illam singulis annis irrigat/ Proq3 magnitudine inūdationis eius/aut caripia est/aut caristia est/aut vilitas annone. AEgip. Dij egyptij idola in egypto culta/ que plurima erant. Anubis Mercurius in forma canis ab egyptijs veneratus. Alij filium Osiridis quod canem insigne gestaret / sub canis imagine cultum dicunt. Anubis.

Osiris Osiris rex egypti/tandem in deos relatus cū vxore sua Jside colitur sub imagine bouis / quem apim seu Serapin appellant/propterea quod ab vxore post cedem eius a fratre factam quesitus/ et inuentus laceratus / ibidem postea repertus bos creditus sit fuisse Osiris. Palus hic ē aqua stagnalis apud inferos/de qua Vergilius in sexto eneidos. Eacus vnus inferorem iudex/ Tres enim dicuntur esse / Rhadamanthus / Minos/Eacus omnes reges Cretēses/et ob iusticiam filij Jouis dicti/ob seueritatem autem apud inferos iudices existimati. Eacus. Bactra regio Scithie/vltra Assyriam nomen quoq3 vrbis que caput regionis est. Bactria Bactri qui et Bactriani populus loci illius/et declinantur Bactra tantum pluraliter. Amiculum/ridimiculum/vitta quam teneam vocant. Aristoteles summus philosophus Alexandri preceptor. Palpari/adulari/assentari. Prestigiosus

osus vir facinato versipellis. Veratrum / hellebo rus herba qua melãcolia purgatur / ac mentis sa nitas consiliator. Lethe flumen inferorum / quod qui gustat / omnium rerum obliuiscitur. Clitus neutricis Alexandri filius / dux eius fidissimus / q̃ Alexandrum pugnantem ab ictu letali sese obijci ens defendit. Sed tandem ab ebreo Alexandro quod libertus patris Phelippi res gestes extulis set interemptus Calistenes philosophus Alexan drum in Indiam sequutus et ab eo truncatus na sum / manus / aures / more fere in cauea reclusus fu it / quod ipsum non adoraret et adorantes barba ros irrideret.

Lethe
Clitus

MENIPPI ET CHIRONIS.

MENIPPVS.

EQuidem inaudiui Chiron te deus cum esses, tamen optasses mortem. CHIRON. Vera nimirũ sunt ista quæ audisti Menippe, planeq; mortuus sum, sicuti uides, quum mihi licuerit immortalem esse. MENIPPVS At quænam te mortis cupido tenebat, rei uidelicet, quam uulgus horreat. CGIRON. Dicam apud te uirũ neutiquam stultum atq; imperitũ. Iam mihi desierat esse iniucundũ immortalitate frui. MENIPPVS. Quid? an iniucundũ erat te uiuere, lucemq; tueri?

CHIRON. Erat inquam. ME. Nam quod iucundum uocāt, id ego neutiquam simplex, sed uarium quiddam esse arbitror Verum quum ego semper uiuerem, atque eijsdē perpetuo rebus uterer, sole, luce, cibo, tum horæ eædem recurrerent reliqua item omnia, quæcunque contingunt in uita, reciproco quodam orbe redirent, atque alijs alia per uices succederent, satietas uidelicet eorum me cepit. Neque enim in eo uoluptas est sita, si perpetuo fruaris ijsdē, sed omnino in permutando posita est. MENIPPVS. Probe loqueris Chiron. Cæterum hæc quæ apud inferos agitur uita, quinam tibi procedit, posteaq̃ ad hanc tanq̃ ad potiorem te contulisti? CHI. Haud insuauiter Menippe. Siquidem æqualitas ipsa quiddam habet ad modum populare. Nihil autē interrest, utrum in luce quis agat, an in tenebris. Præterea neq; sitiendū est nobis quemadmodū apud superos neq; esuriendum, sed eiusmodi rerum omniū egētia

uacamus

uacamus. ME. Vide Chiron ne temere ipse enuoluas, neue eodē tibi recidat oratio. CHI. Quamobrē isthuc ais? ME. Nempe si illud tibi fastigio fuit, q in uita semper eijsdem similibusq; rebus utendū erat, quū hic itidem similia sint omnia, eundem ad modū parient fastidtū. At de integro tibi quærenda erit uitæ cōmutatio atq; hinc quopiam aliā in uitam demigrandū id quod arbitror fieri non posse. CHI. Quid igitur faciundū Menippe. ME. Illud nimirū uti sapiens quū sis, quemadmodum opinor, et uulgo prædicant præsentibus rebus sis contentus, neq; quicq̃ in his esse putes quod fieri non queat.

¶ Chyron centaurus Saturni et Philyre filius oēs sui temporis bonitate et iusticia superauit/ argonautarū cū q̇bus nauigauit iudex et medicus/ Esculapiū et Achillē medecinā docuit/ quā ⁊ virtutes herbarū inuenit/ in mōte Pelio cū hospitis Hercules sagittas hidre sanguine tinctas q̇b⁹ immania centaurorū corpora ꝓstrauerat admirabūdus tractaret vna manibus delapsa/ atq; in pedē decidens mire eum afflixit. sed deorū miseratione post nouē dies in astra translatus est. Chyron Cupido ... desides Cupido

desideriū ⁊ cupiditas aliqñ de⁹ amoris/ Veneris filius. Tueri videre/conspicere. Recurrere/redire. Reciprocū/reflexū/repetitū. Orbis circulus circulatio. Satietas/saturitas. Quinā q̄ modo/q̄ pacto. Potior/melior. Persi Quis potior iudex puerisue quis abitior orbis. Egētia carentia/temet/teipsū. Fastidiū neusea/⁊ quasi cōtemptus cū fastu. Deintegro rursum/iterum/ab initio/ Demigrare mutare domicilium.

Menippe et Cerberi. Menippus.



HEus cerbere, quandoquidem mihi tecū cognatio quædam intercedit, quum et ipse sim canis, dic mihi per stygiā paludē, quomodo sese habebat Socrates quū huc accederet? Verisimile est aūt te, de⁹ quū sis nō latrare modo, uerū etiā humano more loqui, si quando uelis. CER. Quum procul adhuc abesset Menippe, uisus est constanti atq; interrito adire uultu, perinde quasi mortem nihil omnino formidaret. ac tanq̄ hoc ipsū uellet ijs qui procul á specus ingressu stabāt ostendere, uerum simul atq; despexit in hiatū, viditq; profū-

profundũ atq; atrũ antri recessũ simulq; ego cunctantẽ etiã illũ aconito mordẽs pede correptũ detraherem, infantiũ ritu einlabat, suosq; deplorabat liberos, nihilq; non faciebat in omnem speciem sese conuertens. ME. Num igitur fucate sapiens erat ille, neq; vere mortem contemnebat? CER. Haud uere. Cæterũ ubi uidit id esse necesse, audaciam quandã prœ se ferebat, quasi uero uolẽs id esset passurus, quod alioqui uolẽti, nolenti tamẽ oĩno fuerat ferendũ, uidelicet quo spectatoribus esset miraculo. Equidem illud in totũ de uiris istiusmodi uere possim dicere, ad fauces usq; specus intrepiei sũt ac fortes, porro intus quũ sunt, nihil mollius neq; fractius. ME. Cæterũ ego quo nã aio tibi uisus sũ subisse specũ? CER. Vnus mortaliũ Me nippe, sic mihi uisus es subire, ut tuo dignum erat genere et prior te Diogenes propterea q̃ neutiquã adacti subieritis aut intrusi, uerũ tũ ultronei, tũ ridẽtes atq; omnibus plorare renunciantes.

Styx ¶ Styx inferus dicitur palus per quam dii iurant, neque timore pene audent peierare, priuabantur enim ad tempus qui peierassent diuinitate, quod eis ideo concessum fingunt poete, quia victoria eius filia Ioui aduersus gigantes pugnanti fauerit. Socrates philosophus Atheniensis et Apollinis iudicio sapientissimus. Hic primus moralis docuit tanteque in omni vita constantie, vt nullo tempore aut tristior aut letior visus sit, neque cum cicutam

Formid. moriturus biberet quam cum vxorem duceret. Formidare, metuere, timere.

Aconitũ Aconitum venenum.

Fucate ¶ Liberi filii ingenui. Fucate, ficte, simulate. Tuo genere, tua secta, tua professione. Ultronei, volentes, nõ coacti. Hierony. in questionibus Hebraicis tritum prouerbium est, vltroneas putere merces.

F I N I S.

Liuinus Linius Scole Antuerpiane Hypodidascalus ad studiosam iuuentutem.

Huc ades o studiose puer, studiosa iuuentus
    Huc ades, hunc hilari perlege fronte librum,
Nulla cytheriaco polluta est pagina amore
    Quin soror hoc plebe casta probabit opus.
Nec cynicos meõrat, caperata aut frõte Catones
    Aut aliud sicut ruga senilis amet,
Sed gratas pueris Charitesque salesque iocosque
    Et quicquid lepidi est, iste libellus habet.
Attiqua siue Venus iuuat, aut enotria lingua
    Hanc habet atque illam tantulus iste liber.
Meonide aut Pelio multo est facundior author
    Sed vetat impariles nomen inire modos.
Non minor interpres succedit diuite vena

Vatibus ausoniis vnus Erasmus honor.
Nempe hic siue pedum certa siue lege vagatur
Pulchrum mellifluo Marens vt ore sonat.
Siue pedes strictim numeroso calse coercet
Nasonem prestat/Vergiliumq; refert.
Quelibet (inuideas) vel iam superstite Plauto
Vellet Erasmiaco musa lepore loqui.
Huc ades ergo puer latij studiose leporis
Huc ades/hunc hilari perlege fronte librum.

Adriani Luce Gymnasij Antuerpiani hypodidascali ad puerū politioris litterature cupidum/Endecasyllabon.

Caste rumpe moras puer Minerue
Quem lingue ausonie tenet libido
Adsis/huc propera/hunc capesse librum
Dextra precipiti/et reuolue sepe/
Qui non barbarie scatet nocius.
Nec de vandalico solo est profectus
Verum est eloquij nitens lepore
Romani/salibus meris refertus.
Est et scommatibus iocisq; abundam.
Prauas mordicus inuehens in artes
Et mores hominum/simul deorum
Irridens miserum chorum ethnicorum
Vir doctissimus vndecunq; Erasmus
Princeps eloquij virtusq; lingue
Fecit parue puelle Lucianum
Arguium/latijs loqui camenis.

Sequitur Tabula.

TABVLA.

Finis Tabule.

Robertus Redman Londini excudebat Sub intersignio diui Georgi. Anno. M.D. XXXI.







